

Q.K.
394,
26.

X1903376

L. B. V. D.

In
4194

DE
CHRISTIANO
MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO SERE-
NISSIMO

EX
HISTORIA CIVILI

delineato,

Consensu inclutæ Facult. Philosophicæ
IN ACADEMIA LIPSIENSI

C. d. XXIII. May A. MDCXCIV.

publicè different

P R Æ S E S

M. JOH. MICHAEL ELLRODIUS,

Gefresâ-Francus,

&

R E S P O N D E N S

JOH. NICOLAUS Oberländer/Naylå-Variscus

SS. Theol. Stud.

LIPSIAE,

Typis IMMANUELIS TITI.

18. 21.



26. G. D. Mellina

СУБО
ОДА ГЛАДИ
ГЛАДИ МИНОЯМ
ГЛАДИ ГЛАДИ
ОМАСИ

71

НІГІРІЛ ГІВІ

діяльність

Софії Ніколаївні Філіппові
• Елізабет Амандіні
Софії Амандіні
ПЯТЬ
Софії Амандіні, Міхалі
Георгіївські

8

Софії Амандіні

Софії Амандіні



Q. B. O. D.
PROÆMIUM.

REs gestas fideliter posteris tradere,
testē Justō Lipsiō Epist. LXXXII. Cent.
V. p. 928. si non præceptum, ad mi-
nimum tamen exemplum divinum est. Quò
enim studiō atq; industriā, inspirante DĒO,
Regum ac Principum V. T. memoratu dignis-
sima literarum monumentis consignatā fu-
re, sacri codices abundē nobis tradunt.

Et divinum illud exemplum, destructā
Republ. Judaicā, multos virorum celeberrimo-
rum postmodum fuisse secutos, eorum scripta
id satis comprobant, ex quibus variarū gen-
tium res gestas, prisci & què ac hodierni & vi pe-
tere licet.

Voluptas certè summa! memorias vete-
rum, bella, populorumq; casus legere.

Utilitas maxima! hausta ex historia di-
versorum exemplorum præcepta, ad præsen-
tem Rerum publ. statum applicare.

A 2

Deli-

Deliberantibus itaq; nobis, de materia aliqua disserturis; nullum commodius, magisq; decentius argumentum obvenire poterat, quam ex historia BRANDENBURGICA, utut rerum illustrissimè gestarum plenissimā, desumptum. Ibi enim istius glorioissimam memoriam revocare constituimus, qui cum rebus mirificè gestis in posteris h.e. in Serenissimis Principibus ac Dominis, CHRISTIANO ERNESTO Nepote, Patriæ Patre nostro clementissimo & GEORGIO WILHELMO, Pronepote, Marchionibus Brandenburgicis, adhuc hodiè vivit.

CHRISTIANUM putamus, Marchionem Brandenb. Serenissimum, cuius vitam, ductu B. Rentschii im Brandenburgischen Cederhain, Thesibus nonnullis comprehendere; easq; ex Historia Civili breviter delineare, nunc animus est.

Dolendum verò, quòd benevolus Lector ob materiæ prolixitatem, nostriq; calamitennitatem, ea, quæ adduci debuissent, hic vix reperiet. Suā tamen benevolentia omnia compensabit. Tu quoque D E U S O. M. in hoc opere nobis assistas.

Q.B.V.D.

CHRISTIANUS, Marchio Brandenburgicus, Patre, JOHANNE GEORGIO, Electore Brandenb. Matre, ELISABETHA Anhaltinâ, Coloniae prope Spream A. 1581. 30. Jan. prognatus est.

"Ἐκθεσις.

I. Communis omnium mortalium ortus est. Et sicut ab eâdem terrâ & aurum & lutum est, nec fulgentissimas gemmas alia procreat mater, qvâm qvæ lapilos in triviis (a); ita & eadem tellus Principes producit & subditos.

II. Duotamen sunt, qvæ hominum æstimationem reddunt inæqvalē: MAJORES & VIRTUTES.

III. Neqve tamen in sola Majorum nobilitate qværenda est prærogativa: Virtute enim decet, non sanguine, nisi (b).

IV. Neqve etiam ex solâ virtutum possessione resulat gloria: cum fortes creentur fortibus ac bonis, nec imbellem feroces aqvilæ progenerent columbam. (c) Adde, qvòd non procul à proprio stipite poma cendant (d).

V. Breviter: Felix est, qvem excelsō genere nasci voluit DEUS: Felicior, qvem virtutum splendor illustrat: Felicissimus, in qvem Majores & natalium & virtutum splendorem simul derivarunt.

VI. Fateor, raram hanc esse nascendi felicitatem. Jam olim Spartianus (e) observavit: Neminem propè

A 3

ma-

(a) Buchn. Or. part. I. or. II. p. 309. (b) Claudianus (c) Horatius lib. IV. Od IV. p. m. 146. (d) Ovidius. (e) in vita Severi. c. 20. § 21.

magnorum virorum optimum & utilem filium Re-
publ. reliqvisse, sed tales aut sine liberis decessisse, aut
reliqvisse malos.

VII. Et fallor? An & in magnorum Principum &
Regum filios s̄epē quadret Picinelli (f) Emblema,
qvod Lunam à sole collustratam exhibit, adscriptis
verbis : De te chiarezza & non ardore io prendo.
h. e. Splendeo tuā luce ; tuus at mihi deficit ar-
dor.

VIII. Sed qvicqvid hujus sit, indubium, idque illu-
strissimum exemplum suppeditat CHRISTIANUS
noster, qvi felicissimō connubiō acceptam à Majori-
bus & nativitatis & virtutis gloriam conjunxit.

IX Non animus nunc est, primam gentis Branden-
burgicæ originem pervestigare, qvod ante me jam
fecerunt alii, eō laboris successu, ut non antiquissima
tantūm, sed infinita planè Brandenburgicæ gloriæ
vestigia invenirent. Sufficiat in præsentiarum nomi-
nâsse.

X PATEREM, JOHANNEM GEORGIUM,
Electorem Brandenburgicum, cujus sinceram pieta-
tem, mentem providam, acutissimum ingenium,
præstantissimam memoriam, felicitatem in omnibus
negotiis, candorem, bonam fidem, & singularem er-
ga subditos propensionem ad astra usqve extollit cur-
riculum vitae CHRISTIANI nostri.

XI AVUM, JOACHIMUM II, Electorem, He-
ctorem Teutonicum, cujus strenuam fortitudinem
magnâ clade acceptâ, experti sunt Turcæ in Hunga-
ria A. 1532. (g); infucatam verò pietatem purioris re-
ligionis studium comprobavit (h).

XII. PRO-

(f) *Mundo Symbol. lib. I. §. 279.* (g) *Lohmayeri Tab. Gen. 24.* (h)
Cederhain in vita ejus p. 458.

XII. PROAVUM, JOACHIMUM I. Electorem, Academiæ Francofurtanæ fundatorem, Princeps affabilitate mirificâ erga omnes, in literis summè eruditum & eloquentem; quippe qui in conventu Augustano Cardinali Campegio, nomine Principum Germaniæ oratione latinâ, magnâ cum admiratione omnium respondit, sœpiusque ex eo cum audientium stupore verba fecit (i).

XIII. ABAVUM, JOHANNEM, Electorem, Ciceronem Germanicum, quos tres Reges de Silesia litigantes, Casimirum Poloniæ, Uladislaum Bohemiæ, & Matthiam Ungariæ, interveniente facundiâ & autoritate suâ sibi invicem reconciliavit (k).

XIV. TRITAVUM, ALBERTUM, Electorem, qui ob rerum gestarum gloriam Achilles Germanicus; ob eloquentiam vero Ulysses Teutonicus a Paulo II. Pontifice vocatus est. (l)

XV. QVADRITAVUM, FRIDERICUM I. Electorem, hoc unum fatis gloriosum, quod Electoralem dignitatem ob præclara merita primus familiæ suæ intulerit (m).

XVI. Quam à Majoribus suis justâ hæreditate ad se devolutam gloriae molem, quam animi magnitudine sustinuerit, & ingentibus rerum laudabiliter gestarum accessionibus auxerit CHRISTIANUS noster, ex sequentibus paragraphis ad oculum patebit.

Thes. II.

Studiis sedulò imbutus est. Cumq; Academiam Francofurtanam Anno 1598. visitaret, Rector Academiæ ibidem factus est.

^{Ex Dectis.}

(i) Rittersh. Exeg. Gen. p. 119. (k) Speneri Syll. Gen. p. 430. (l)
Rittersh. Exeg. Gen. p. 118. (m) Immhof, not. Proc. lib. II, c. 8.

I. Optimi itaque CHRISTIANI nostri parentes nondum suō se funētos officio existimârunt, cùm talem optimæ spei Principem in hanc lucem produxerint. Sedulam igitur navabant operam, ut generosa ejus indoles, quæ vel in ipso naturæ & actionum suarum primordio emicuit, pietate præprimis, egregiis studiis, aliisque Principe dignis artibus indies melioretur.

II. Cumqve in primis statim pueritiæ annis ingenium, memoriamqve maximè valere, serenissimos CHRISTIANI parentes haut fugeret, fovebant ipsi præceptorem, eruditionis & experientiæ laude insigñem, M. Samuelem Reinhardum, sub quo multum profecit. Siquidem inter alia eruditionis specimina, elegans scriptura haud infimum occupat locum. Et hunc indefessum Reinhardi laborem CHRISTIANUS summâ clementiâ agnovit, ipsumq; subsequentibus temporibus variis donationibus remuneravit. Sic cùm aliquando diu post acceptam Reipubl. Byruthinæ administrationem accessum impetrâisset, singulari gratiâ exceptus, & tandem porrectâ aureâ catenâ, Principis effigie, & viaticô iterum dimissus fuit (a)

III. De cetero fidem ac industriam ejus sæpiùs deprædicavit, multò secius, quām illi, qui vitiō Aristotelicō præceptores suos omnibus modis reprehendunt.

IV. Successu temporis CHRISTIANUS cum Richelio in studiis & statu politico non progredi, regredi esse putans, A. 1598. p. C. N. & ætatis suæ 18. studiorum

(a) Curriculum vitæ Christiani.

diorum causâ Academiam Francofurtanam visitavit,
ubi satis ostendit, Principem amicos sapientes sibi non
tantùm adjungere debere, sed ipsum quoque sapere
Principem necesse esse (b)

V. Uti & clarissimum sapientiæ suæ testimoni-
um honor ille Academicus tradit, quô dicto Anno 1598.
die Gregorii Francofurti Rectoratus ipsi confereba-
tur, quodq; officium omnium admiratione laudabili-
ter administravit (c).

VI. Exemplum sanè absque omni ferè exem-
plo, tenerâ adhuc ætate Principem habere, & pietate,
& egregiis literarum studiis, & virtutibus illustrissi-
mum, qui Parentum gloria, subditorum salus, to-
tiusque Reipubl. incrementum meritò dicendus est.

VII. Literarum namque cognitio ad vitam non
solùm instituendam multùm conducit, verùm etiam
ad consiliorum directionem & Reipubl. administratio-
nem quām maximè est necessaria (d).

VIII. Informandi igitur sunt Principes bohis ar-
tibus, ut officio suo gravissimo ritè fungi queant. Si-
quidem illi sunt instrumenta felicitatis politicæ & pu-
blicæ salutis (e).

IX. Transeant itaque, quas pro negativa senten-
tia varias nonnulli proferunt sententias, statuentes,
ad imperandum scientiam haut opus esse; cùm nobis
potiùs certò certius constet, Principi non tantùm rei
militaris, sed literarum quoque scientiam maximo-
pere convenire, idque sequentibus potissimum ra-
tionibus.

B

I. quia

- (b) Buchn. Or. 12. p. 2. p. 312. (c) Eederhain in vita ejus p. 690.
(d) Königs Theatr. Polit. p. II. c. 21. p. 152. (e) Savedra
Symb. II. p. II.

1. quia officium imperantis requirit. Sic jubet Imperator Justinianus : Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, verum etiam legibus oportet esse ornatam, ut utrumque tempus, & bellorum & pacis recte possit gubernari (f).

2. quia necessarium est. Cum enim Rex sapiens populi stabilimentum sit (g); insipiens vero populum suum perdat (h), necesse est, ut sapientiam Princeps sectetur

3. quia utile est. Ita acclamabatur Tacito Imperatori: Quis melius quam literatus imperat (i)?

4. quia gloriosum est. Sapientia est, inquit Saverdra (k), quae Regem fortunatum reddit, quae Principem coli facit ab omnibus & metui. Nec errem, si dixero, sapientiam in Principibus magis, quam potentiam formidari.

5. quia honestum est. Literarum namque scientiam in plebejis argentum, in nobilibus aurum, & in Principibus gemmas esse, Julius II, Pontifex Romanus statuit (l).

6. quia turpe est, si omittatur. Sic Alphonsus Aragoniae Rex dixit : Regem illiteratum nil aliud esse, quam coronatum asinum (m).

7. quia pericolosum est, si negligatur. Magna enim ingenia, nisi recte instituta, & literis, quae mores emolliunt, imbuta fuerint, tanto deteriora evadunt, quanto in illis maiores igniculi extiterint (n). Sæpè etiam fit, ut in insignem honoris sui jacturam & Regni detri-

(f) Proem. Instit. §. 1. (g) Sap. VI. 26. (h) Eccles. X. 3. (i) Vaticanus in Tacito c. IV. (k) Symb. IV. p. 29. (l) Lansius in Mantissa p. 654. (m) Theatr. Europ. Tom. V. p. 46. (n) König. Theatr. Polit. p. II. c. 21. p. 154.

detrimentum, Princeps illiteratus à Consiliariis regere se patiatur.

Thes. III.

Exteras visitat Regiones, Romæque à Pontifice Clemente VIII. & Archi-Duce Florentino , Ferdinando , singulari honoris affectu excipitur.

Εὐθεσίς.

I. Sicque literis, aliisque ad peregrinandum necessariis reqvisitis optimè instructus noster CHRISTIANUS, exteras oras visitare, ibique variarum gentium constitutiones observando, inceptam gloriam magis magisque augere conatur.

II. Non enim sufficere, ipsi probè constabat, ea vidisse, quæ patrii Lares jam olim nobis ostenderunt: non sufficere, suorum tantummodo nosse ingenia,, eaque ita inspicere, ut pro lubitu cum ipsis agere possit.. Sed qvia Principi cum diversarum regionum populis semper res sit, eorum etiam instituta habere perspecta, ab ipso quam maximè reqviri videbatur,

III. Multi qvidem externa, eaque pessima alibi didicere, qvibus domestica non tantùm deteriora, sed semetipos quoque pejores reddidere. Enim verò, cùm aut absque proposito fine, aut tempore haut satis commodo iter ab ipsis fuerit institutum , non mirum est,quòd absque præfixō scopō res suas in vanum direxerint. Verbo : Ex eorum ejusmodi numero sunt, qui vagantur potius hinc inde atque discurrunt, quam sedulò extranea indagant, hoc est, verè peregrinantur.

IV. Tria aliâs præcipue constituuntur, qvibus peregrinationes noxiæ & inutiles reddi possunt, suntque: Nimia peregrinantum Juventus, literarum carentia, & neglectus de certo sibi proposito scopo (a).

V. Priores duæ rationes, quod in CHRISTIANO nostro minimè depræhensæ fuerint, in Thesibus I. & II. satis ostensum est, ubi ad oculum patet, ipsum justâ ætate, & acquisitis literarum egregiis studiis peregrinationis negotium assumisse. Pari modô tertium circa peregrinationem damnum prudenter à se removit, cum jaculum suum non in auram miserit, sed ad certum aliquem scopum direxerit.

VI. Hunc verò scopum Buchnerus (b) in conversatione cum viris maximis ponit, atque ita ad exterias oras transeunti promittit, fore, ut non tantum aliquam gloriam & famam circumfundat sibi, sed & ejusmodi scientiæ instrumentum comparet, unde im posterum aliquantò melius aetæ ætatis ratio constare posset.

VII. Quæ laus, quæ gloria, quæ bona fama CHRISTIANO nostro ex præfixo hoc suo scopo orta est? Universa Italia, quæ viris maximis omnibus temporibus abundavit, id ipsum satis clarè testatur, ubi Maximi Pontificis CLEMENTIS VIII. & Archi-Ducis Florentini, FERDINANDI, conversatione usus (c), illorum exemplô genium suum illustrissimum emendare, ac amplius instruere didicit.

VIII. Sublatis itaque his tribus à quovis peregrinantium obstaculis, quæ inutilem omnino faciunt peregrinationem, tria etiam postmodum sunt, quæ ingentem istius utilitatem indicant.

IX. De

(a) Noster Seeligmannus in differt. de Friderico forti Thes III. (b) Ep. XXV. p. II. p. 59. (c) Eederhain in vita ejus p. 691.

IX. De voluptate nil proferam, utpote quæ tot amœnitatibus, tot variarum gentium consuetudinibus, tot egregiè sitis urbibus, aliisq; locis, eos etiam, qui absq; consilio huc illuc proficiscuntur, mirum in modum recreat. Utilitatem potius in iis qværamus, quæ ad ornatum ac salutem nostram spectant.

X. Utilis itaque vera peregrinatio est ad Prudentiam, ad Scientiam, & ad Mores (d)

Ad Prudentiam: Multum enim momenti habet ad conciliandam animo prudentiam, multorum populorum mores & urbes vidisse (e), si nimirum ea, quæ vidimus & audivimus, sedulò dijudicamus, & in ea inqvirimus.

Ad Scientiam: Siq; videm unicuique constat, viros, admirandâ eruditione præditos, in toto terrarum orbe sparsos esse. Hinc audiendi illi. Unicuique constat, plurimas Europæ regiones, inter q; vas Italia eminet, variis monumentis, scriptis, aliisq; rebus sublimibus virorum celeberrimorum, de q; vibus Historiæ passim mentionem faciunt, apud nos esse inclutissimas. Hinc lustrandæ illæ. Qvô factô, non potest non grandis exinde hauriri Scientia.

Ad MORES: Cum autem istæ non aliter ac terra diversis dotibus differant, è collatione itaq; tot tantarumq; aliarum, nostras postmodum emendare possumus. Pessima qvidem ubiq; latè patent vicia, sic apud Germanos comedationes & ebrietas; apud Italos protervia & lascivia; apud Gallos levitas & vanitas, & apud reliquos alia, tanq; proprietas deprehenduntur. Attamen fugiendo ista cane angveq; pejora, & imitando illorum comitatem, ap-

titudinem, sedulitatem, humanitatem, Justitiam,
cultum, aliasque virtuosas actiones, haut levis inde
peregrinanti proveniet utilitas.

Thes. IV..

Domum iterum reversus, Patruo, GEORGIO FRIDERICO A. 1603. defuncto, succedit. Et A. 1604. MARIAM, ALBERTI FRIDERICI, Ducis Prusiaci filiam, uxorem dicit.

E' ιθεσις.

I Patriam vix salutaverat CHRISTIANUS, cum candidus, constans, & in omni fortuna sibi similis Princeps (a) GEORGIUS FRIDERICUS, morti jam proximus, Onoldinum ipsum A. 1600. vocaret, ibique de successione post illius obitum certiorem redideret (b).

II Sollicitus enim erat optimus Princeps de certo successore, quod etiam, tanquam tutissimâ Principis Majestate (c) ita nitebatur, ut opibus atque thesauris, quae valida alias Imperii munimenta sunt (d) ipsum longè præferret.

III Duos autem istos Franconiæ Principatus, superiorē scilicet & inferiorem simul obtinebat GEORGIUS FRIDERICUS (e). Et A. 1603. demortuō istō apatre, proximi agnati, CHRISTIANUS & JOACHIMUS ERNESTUS, ille quidem superiorē, hic verò inferiorem Burggraviatū Norici regionem vi testamenti Paterni sortiti sunt. (f).

IV. DE

(a) Spen. Syll. Gen. p. 469. (b) Cederhain in vita ejus p. 692. (c) Buchn. Or. p. I. p. 209. (d) ib. p. 110. (e) Cederhain in vita ejus p. 672. (f) Immhoff. not. proc. lib. IV. c. 3. §. 8.

IV DE CHRISTIANO jam nobis est sermo,
cujus etiam incomparabilis prudentia, qvam ab initio
statim usque ad finem sui regiminis adhibuit, verbis
haut satis deprædicari potest.

V Præstito jam jam à subditis suis homagiō, id
statim suscepit, qvod familiæ suæ ulteriorem splen-
dorem, gloriam ac immortalitatem conferat. Ma-
trimonium puto. Qvō etiam cum MARIA sua Prus-
siaca A. 1604. contracto (g), optimè illud consecutus
est.

VI. Ipsum enim matrimonium ad majora inten-
tidecus ac robur est (h). Neqve aliâ ratione mortales
nos homines immortalium titulô gaudemus, nisi pro-
seminamus qui supersint (i).

VII Et qvemadmodum sceptrum regium faculæ
instar ab uno successore transit ad alium; sic vita, à
majoribus accepta, vicissim qvafsi tæda ardens poste-
ris traditur (k).

VIII. Peractis itaque DEI gratiâ nuptiis, omnem
adhibuit operam, ut ab antecessore parta, non mo-
dò felicissime conserventur, verùm etiam indies meli-
orentur.

IX. Cumqve Principem omnibus negociis ap-
plicare, impossibile certè sit, CHRISTIANUS noster
ex consiliariis optimos selegit, Collegia instituit, la-
boresqve inter collegas partitus est. Hinc Judicium
Feudale, ab Imperatoribus antiquissimis domui Bran-
denburgicæ singulari privilegio concessum, suō tem-
pore qvàm maximè floruit. Omnibus modis etiam

(g) Curriculum vitæ. (h) Forstn. not. pol. in Tac. lib. XII. p. 105.
(i) Just. Lips. Epist. XXII. Cent. II. p. 582. (k) Savedra Symbol.
XIX, p. 136.

observavit Burggraviatūs Norici Judicium Provinciale Imperatorium, qvod ab Imperio Romano & Imperatore Dominis Marchionibus & Burggraviis ita in feendum datur , ut tanquam Vice Imperatoris omnē judicium exercentes illud possideant(l).

Theſ. V.

A. 1606. Circuli Franconici Praefectus eligitur. Atqve in hujus rei memoriam, munimentum, dictum die Plassenburg / portā Christianeā exornavit.

E"νθεσις.

I. Satis haetenus per trimestre hoc Regimen CHRISTIANUS noster, qvid porrò ab ipso sperandum sit, subditis suis , aliisque extraneis demonstraverat. Illis quidem ut exemplum boni Principis, qvem Justitia, Prudentia, & Fortitudo perpetuò consequuntur(a); his verò ut ideam fortissimi belli Duci, cui omnis vita sub armis (b) semetipsum sistebat. Hinc honor, qvi individuus virtutis comes(c) CHRISTIANO hōc ipsō splendide allatus est , cùm communi omnium suffragiō A. 1606. mense Augusti, Norimbergæ Circuli Franconici Dux & Praefectus eligeretur(d)

II. Instituti nostri ratio jam non requirit , ut causas adducamus , ob qvas dignitas isthæc Burggraviis Norimbergensibus , & postmodum Marchionibus Brandenburgicis per aliquot jam jam Secula qvasi hæ-

re-

(l) Curriculum vitæ. (a) Caud. p. 503. (b) fuit inscriptio epitaphii Turrennii atq; ex novellis constat. (c) Geilfusi Ethica exemplaris p. 269. §. 27. (d) Ederhain in vita ejus p. 694.

reditaria fuit. Unica illa & sufficiens erit, cum Familiæ huic fortitudo, tanquam proprium aliquod tribuatur (e).

III. Sic quoque FRIDERICUS Burggravius, primus Elector Brandenburgicus Anno 1398. confederatorum in Franconia copiarum Praefecturam natus est, ut latrones ac insidiatores, provinciam hanc maximè turbantes, ex illa ejiceret, securitatemque peregrinandi pristinam recuperaret (f).

IV. Hunc etiam potissimum in finem Imperator Maximilianus I. Imperium Romano-Germanicum Anno 1512. in decem Circulos seu Provincias divisit, ut interna pax conservetur, externa vero Imperii bella junctis viribus componantur (g). Et quemadmodum haec concordiam in Republ. parere soleant (h); ita voti sui haec præcipue ratione compotes facti sunt, cum certos constituerint Praefectos, qui omnem curam bellicam gererent, simulque splendidâ suâ præsentiâ militum animos unanimi consensu adversus hostem excitarent. Dimicare enim, aut abstinere pugnâ, obsidere urbes, solvere obsidiones, & quæ sunt alia, ob varios passim emergentes casus, nemo commodius, rectiusque potest, quam qui præsens negotiis intereat (i).

V. Sicque CHRISTIANUS optimus Circuli sui Praefectus extitit. Quâ enim prudentiâ, quâ fortitudine, quibusve consiliis ab interitu suo Franconiam liberaverit, & bella gravissima cum exoptatâ pace commutaverit, inferius audiemus. Interim non errave-

C rim,

(e) Edderhain in vita Friderici I. p. 350. (f) Curriculum vitae Christiani. (g) Zeileri Geogr. Imper. præfat. (h) Tacit. Hist. lib. V. c. 12. (i) Forstn. not. pol. in Tacit. p. 59. seq.

rim, si totius Franconiae DEum quasi tutelarem, ipsum nominavero (k).

VI. Hæ itaqve fortiter res gestæ in recenti adhuc omnium memoria sunt, eorumqve optimè recordantur. Qvî ergo honor & gloria, qvæ immodicè ipsas secuta sunt, posteritatem fugere deberent?

VII. Duplex autem ad parandam memoriam prosperam alias datur via: Virtutum fama, & extera monumenta (l).

VIII. Virtus eqvidem absqve sculptura laude dignissima est & venerationem conciliat; Monumenta verò virtutum splendore destituta, fallacia, adeoqve ut vana spernenda sunt. Ambo tamen memoriam defuncti mirum in modum commendant.

IX. CHRISTIANI virtutum gloria neminem fugit. Eam enim vitæ curriculum suum abundè nobis tradit. Externum verò monumentum, in recor-dationem gesti muneris Præfeti circuli, ipse exstruxit. Atqve ita immortalem, maximeqve laudabilem sui memoriam posteritati reliquit.

X. Locum autem sibi elegit Plassenburgi, qvod est monumentum celeberrimum, atqve arte pariter & naturâ munitissimum, propè Culmbacum situm, ubi egregium qvoddam erexit propugnaculum, qvòd vulgo die hohe Pastey appellatur, in cuius frontispicio statua erecta his additis latinis & germani-cis verbis reperitur:

Marchio CHRISTIANUS, Dux Cordatissimus
altas,

Hanc è ruderibus portam revocavit in auras,

Cum

(k) Gram, lib. IX, p. 457. (l) Forstn. not. p. 378.

Cum sibi Præfetum Francoi sangvinis ordo
Nobilis eligeret, submissis fascibus, illum.
Fac D E U S hæc, Duce cum Patriæ, sit Porta per-
ennis.

Marggraff Christian der Edle Held/
Herzog in Preussen hocherwehlt/
Burgraff zu Nürnberg/ hat auffs neu
Auffgericht dieß schöne Gebäu/
Und angefangen in dem Jahr/
Als von den löblichen Ständen war
Zum Obersten des Fränkischen Kraiß/
Er erwehlet mit b'sonderm Fleiß.
Behüt den Edlen Fürsten vor Noth/
Und dieß Portal / ô treuer G O T T !

Thes. VI.

Inter Saxonicum & Brandenburgicum
Electores, de successione Juliacensi Anno 1611.
& 12. exortas componere lites, omnem nayavit
operam.

Eudoxia.

I. Ad arma promtissimum atqve paratissimum
vidimus jam jam nostrum CHRISTIANUM. Nunc
ut pacis amantissimum paulisper ipsum qvoqve lu-
stremus, qvod vel maximè exinde patet, cum inter
potentissimos, Saxonicum & Brandenburgicum
Electores, tunc fortè dissentientes, variis Consiliis
ac peregrinationibus pristinum amicitiae fœdus stabi-
lire annis us esset (a).

C 2

(a) Curriculum vitæ Christiani.

II. Varias

II. Varias enim lites excitabat Ducatus Juliacensis successio, cùm uterque laudatissimorum Electorum, illam ambiret (b). Cumque CHRISTIANUS sanguine partim, partim affinitate proximâ illis junctus esset, arbitri vel Mediatoris officium cum exoptatô, qui inde secutus est effectu, suscepit, (c). haut ignorans, omnia prius consiliô, quâm armis experiri, sapientem decere (d)

III. Et quò magis rei publicæ turbæ hâc in parte imminere videbantur, eò majori curâ periculum istud declinandum erat. Sic namque Savedra (e) inter ceteras Reipublicæ alicujus infelicitatis species hanc quoque numerat, cùm in illa commodorum procuratio, nullâ habitâ justitiæ ratione præcipuum, magisque securum suffragium esse soleat.

IV. Absit tamen, ut Principes istos Serenissimos, CHRISTIANUM II. Saxonum, & JOHANNEM SIGISMUNDUM, Brandenburgicum, Eletores, injustitiæ, vel minimæ etiam arguamus, quod quilibet eorum Ducatus Juliacensis hæredem se professus fit, suumque exinde commodum procurare al laboraverit. Id saltem innuimus, veram inter duos amicitiam acquisitione unius boni facile disrumpi posse. Et si apud Principes istud contingat, Rerum publicarum suarum infelicitatem præstò esse.

Thef. VII.

Elapsò A. 1617. post Reformationem Lutheri

(b) Immhoff. not. proe. L. II. c. 8. §. 17. & LIV. c. 2. §. 10.

(c) Weisii politische Fragen p. 25. (d) König Theatr. polit. p. III. p. 14. (e) Symb. LXIV. p. 614.

theri & A. 1630. post exhibitam Augustanam Confessionem utrobiqve Seculō, Jubilæos annos, binis vicibus celebrat.

"Εὐθεσίς.

I. Fortitudini ac Sapientiæ optimô modô respondeat Pietas. Ea enim felicissima est Respublica, qvæ non solum fortes ac sapientes, verùm etiam tales Principes habet, qui pietatem curant, utpote à qva universa spes publicæ felicitatis dependet (a).

II. Sicqve fortissimus ac sapientissimus noster CHRISTIANUS sinceræ Pietatis, cuius in juventute sua optima hausit fundamenta, adultior factus, egregia reddidit specimina, cùm recuperatâ à Luthero Evangelii luce, religionis ardorem solenni gaudiô sat abundè contestatus est.

III. Duplex autem præprimis circa incrementum Evangelicæ s. Lutheranæ Religionis memoratu dignissima datur periodus, qvarum una ipsam Lutheri Reformationem ; altera reformationis exhibitam Confessionem nobis lustrandam tradit.

IV. Illa, scilicet Reformatio, circa A. 1517. incepit, ubi beatissimus vir, D. Martinus Lutherus nimia Leonis X. Pontificis, avaritiâ, & Tezelii, in promulgandis indulgentiarum mercibus, impudentiâ, motus, (b) primum in Ecclesia Saxonica pretiosum à vili, Christianum ab antichristiano, divinum ab humano separare, errores in doctrina, lapsus in vita, novitates in ritibus Ecclesiasticis ad normam verbi di-

C 3

vini

(a) Buchn. Or. II. p. 1. p. 46. (b) Thuanus lib. I. Hist. ad Ann. 1515. it. Excellent. nostri Rechenbergii appendix ad Lib. Symp. p. 5.

vini examinare, rejicere & damnare, imprimis ementes ac vendentes bullas pontificias ex Ecclesia ejicere inchoavit (c). Verbo: Reformatio hæc in emendatione doctrinæ, & publica falsorum rituum abrogatione consistebat. Et quemadmodum Lutherus legitimâ divinâq; ad hoc Reformationis opus vocatione gaudebat (d); ita & legitimô ac divinô prorsus mediô usus est. Gladio enim Spiritus S. h.e. purâ verbi DEI prædicatio ne hostes suos fortiter aggressus est.

V. HÆC verò, nempe Reformationis Confessio Augustæ Vindelicorum (: unde Augustana vocatur:) coram Imperatore & Imperii Ordinibus A. 1530. fuit exhibita. Protestantes enim, postquam apud Cæsarrem à Papistis comprimis traducti fuerant, Caroli V. postulato de edenda aliqua Lutheranorum Confessione parere, atq; accuratam doctrinæ suæ, certis Articulis comprehensæ, rationem reddere, hoc q; ipsô adversariorum calumnias amoliri volebant (e).

VI. Et ab hoc tempore vera Evangelii doctrina, à Luthero antea restituta, nunc firmiter stabilita, ac longè latèq; sparsa fuit. Qvapropter Christianissimus noster CHRISTIANUS, hujus rei haud immemor, A. 1617. post Reformationem, & A. 1630. post exhibitam reformationis confessionem, elapsô utробique, Seculô, Jubilæos annos binis vicibus instituit.

VII. Usi-

(c) B. Dannhaueri memoria Thaumasiandi Lutheri renovata c. 10. p. 78. (d) Hunnii offenbahren Beweis von Lutheri rechtmäßigen Beruff zur Reformation à p. 66. p. 156. (e) Rechenbergii nostri appendix in Lib. Symb. p. 10.

VII. Usitissimus nimirum, & ad imitationem
legis antiquæ adhuc hodiè servatus mos est, dicto
tempore annum Jubilæum celebrare. Licet verò
Ecclesia Judaica annum quinquagesimum coleret (f),
Christianis tamen centesimus placuit.

VII'. Placuit & iste annus CHRISTIANO, cum
solius pietatis gratiâ publicos haberet Jubilæos.

IX. Notanter diximus, pietatis gratiâ. Illorum
celebratione enim divinam benignitatem declarare,
animos fidelium ad opera pietatis agenda incendere,
ac denique fidem catholicam in mentibus fidelium
confirmare voluit. Contra verò Pontifices Roma-
nos in repetendis Jubilæis, utpote, in quibus homines
Romæ peccatorum suorum remissionem redimere
coguntur, auri potius, quam pietatis cupidine flagrare,
vel maximè exinde patet, cum annum centesimum à
Bonifacio VIII. Anno 1300, ordinatum, successu tem-
poris ad vigesimum quintum usque reduxerint (g).

Thes. VIII.

Anno 1632. ad Castra GUSTAVI ADOL-
PHI sese confert. Anno 1635. Pacem Pragæ
initam amplectitur. Et Anno 1645. ad uni-
versalem pacificationem Monasterium & Os-
nabrugam, splendidam mittit legationem.

E"νθ&σις.

I. Lutherani à primis initiis veræ Evangelicæ
doctrinæ vix centesimum annum solennibus celebra-

(f) Levit. XXV. 10. (g) vid. pecul. dissert. de Jubilæo Papistico M.
Linckii.

verant

verant jubilis, cum discordiæ intestinæ, diu haetenus in Imperio Romano-Germanico agitatæ, nunc publicè prorumperent.

II. Postqvam enim Bohemi Anno 1618 arma in Cæsarem cepissent, ac tres ex primariis ejus Ministris ex summa Pragensi arce præcipitasissent (a), commodissima exinde Cæsari nata est occasio, toti Germaniæ, qvam nimiâ libertate haetenus utentem credebatur (b), bellum inferre, hōcq; ipsô Augustanæ Confessioni addictos planè in potestatem suam redigere, cuius gratia postmodum etiam Edictum illud Restitutorium, qvod omnia bona Ecclesiastica Pontificiis cedenda cupiebat, omnibus ac singulis Protestantibus A. 1629. publicavit (c).

III. Saxoniam inferiorem Anno 1626. primum aggreditur Cæsar, ipsoqve maris septentrionalis regiones appropinquante, Svecos ad arma contra se excitat, qvi domitis illis universæ Europæ imminere credebatur (d). Prævenire itaqve qvām præveniri, ipsiqve Cæsari cum selecto exercitu obviam ire, consultiūs hac in parte duxerunt Sveci, constitutō tamen priūs inter ipsos & Polonos armistitiō (e). Vigilandum enim ipsis erat, ut vicinos benevolos habarent, qvia cum remotioribus bellum gerere decreverant.

IV. Partâ igitur Anno 1631. propè Lipsiam victoriâ, potentissimus Rex Sveciæ, GUSTAVUS ADOLPHUS Franconiam invadit, ibique arma sua victoria felicissimō successu passim circumfert. Qvâ occasione

(a) Petri Pappi Epist. Rer. Germ. p. 13. (b) Idem p. 9. (c) Freyberg. Historico-Politica deductio hodierni status German. p. 27.

(d) Puffendorff. Hist. Svec. p. 610. & 616. (e) Idem p. 615.

ne non potuit non CHRISTIANUS principatum ac subditos suos, summis periculis tunc expositos, defendere. Proinde ad Castra GUSTAVI ADOLPHI transit, cumq;ve ipso Norimbergæ fœdus pangit. (f) Noverat enim Concordiâ res parvas crescere, iisq;ve firmiter inter se unitis, vim vi repellendi posse.

V. Neque tamen prudentissimus Princeps, CHRISTIANUS, extraneos Svecorum milites, suis numerô plures jungere voluit, cum de eventu armorum Svecicorum nondum constaret. Tuttissimum videbatur, Electorem Brandenburgicum, GEORGIUM WILHELMUM, Patrualem suum seqvi, cumq;ve ipso de reficienda Franconia liberare. Et hujus tandem consilia optima pacem svaserunt, ad qvam etiam, inter Imperatorem & Electorem Saxoniæ Anno 1635. Pragæ compositam (g), CHRISTIANUS hōc effectu accessit, ut ultimam Principatūs sui, totiusq;ve Franconiæ ruinam felicititer procul amoveret (h). Solus enim de bello, pace mutandō, aliquid statuere noluit. Siqvidem periculosa ea est temeritas, cum unus consilia, qvantacunq; etiam sint autoritatis, in hoc negotio suppeditare audet (i).

VI. Universa verò Germania sub intolerabili belli jugo ingemiscebatur, atq;ve universalem in Imperio Romano-Germanico pacem exoptabat. Cumq;ve Anno 1645. Hamburgi ad consequendam eam, spes maxima enata, ac duæ Westphalicæ urbes, Monasterium & Osnabruca ad pacificationem denomi-

D

natae

(f) Puffendorff. c.l.p.647. (g) vid. Copia de Bello Prag. int. Imper. & Elect. Sax. (h) Cederhain in vita Christiani p.697. seq. (i) Forst. not. pol. in libros. poster. Tacit. p.149.

natæ essent (k), CHRISTIANUS ad promoven-
dam eam splendidam illuc misit legationem. Ipse
vero pacificationi non interfuit. Quemadmodum
ita judicant Politici. In tractatione & colloquio de
pacificatione institutum non esse consultum, ipsos Prin-
cipes interesse, maximè si lingvâ & moribus diffe-
rant, æqualique potentiam sint praediti (l).

VII. Anno tandem 1648. quanquam tristibus
auspiciis inierat, diutius exoptata pax universalis
consecuta est, ubi omnia bona tam Ecclesiastica
quam politica Protestantibus restituta, eorumque
Religio confirmatione pacis Passavensis egregie sta-
bilita fuit (m).

Thef. IX.

Diem denique, cum LII annos Rempu-
blicam laudatissime gubernasset, Anno 1655.
30. Maji obiit supremum.

Euseb.

I. Ortus & obitus Principum à DEO est. Hic
enim illos in hanc lucem producit, suōque tempore
iterum ad se revocat. Principes saepe propter subdi-
torum peccata, scripturā teste, è medio tolluntur.
Et quod graviora ea sunt, eo majorem curam impen-
dant necesse est, ut DEO de longevitate Principum
suorum devotis precibus supplicant.

II. Ora-

(k) Autor. Anon. in Hist. pacis Westphal. p. 97. (l) König Theatr.
pol. p. III. p. 189. (m) Freyberg. discurs. p. 265. seq.

II. Orârunt qvoqve DEUM nostri CHRISTIANI subditi, velit serenissimum hunc Principem salvum ac sospitem servare, ut sub laudatissimo suo regimine diu vivere possent. Has igitur preces exaudivit misericors DEUS, cum exemplô haut vulgari CHRISTIANO nostro LII annos Rempubli-
cam gubernare, & LXXIV annos vivere concesse-
rit. Anno enim 1581. vitam, & Anno 1603. regimen suum inchoavit, Anno verò 1655. & vitæ & regiminis tempus finivit.

III. Miserrima certè res est, optimos Principes amittere. Id enim CHRISTIANI subditi tristissimâ optimi Principis sui morte satis, proh dolor! experti sunt. Maximum tamen solatum in CHRISTIANI Serenissimo Nepote, CHRISTIANO ERNESTO, ipsis relictum est, Cumqve hōc ipsō talem iterum acceperint, qvalem amiserunt, non potest non CHRISTIANI memoria esse perpetua.

IV. Optimô qvoqve jure ad CHRISTIANUM nostrum spectant qvinqve illa. reqvisita, de paranda Principi memoria immortali, ut sc. sit integer vitæ, servantissimus æqui, fortis in bello, eruditus scientiis, ac subditis amabilis (Horol. Princ. Lib. I. c. X.)

V. Immortalem ergo Tui, beatissime CHRISTIANE, reliqvisti memoriam. Omnis enim ætas de Tuis memoratu dignissimis rebus gestis recordabitur. Mortuus qvidem es, vivis tamen meritorum gloriâ atqve in Posteris, qvos, unâ cum universa BRANDENBURGICA familia Serenissima DEUS benignissimus in prosperitatem & incrementum to-
tius

tius Imperii Romano-Germanici incolumes ac fortunatos semper conservet.

VI. Præcipue verò serenissimum nostrum Principem ac Dominum, Dominum CHRISTIANUM ERNESTUM, decus Patriæ nostræ, ac subditorum salutem, gratiâ tuâ, DEUS Maxime, foveas, ut beatissimum Avum, rerum gestarum gloriâ atque longævâ vitâ & diuturnô regimine æqvæt. Sicqve ex BRANDENBURGICA æqvæ ac SAXONICA familia, cuius affinitate proximâ jam jam gaudet, Posteros cum summa jucunditate videbit. Serenissimum quoqve Filium ac Principem hæreditarium sūm, Dominum GEORGIUM WILHELMUM, ut nullo non tempore vigeat atque floreat, divino Numini flagrantibus precibus commendamus.

Thef. X.

De Cetero CHRISTIANUS noster communis Lineæ Byruthinæ stirps extitit.

Loco ^{ex Thesee} Tabula hæc Genealogica sufficiat.



rtu-

um

IA-

odi-

eas,

que

e ex

mi-

ste-

um

um,

mul-

nini

63

dig-

m-

affi-

IN

718

del

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

JOHANNI

SECRETORIUS ALEXANDER

SOPHIA ALEXANDRA

CHARLES ALEXANDER

FRANCIS ALEXANDER

GEORGE ALEXANDER

JOHN ALEXANDER

LEONARD ALEXANDER

MICHAEL ALEXANDER

ROBERT ALEXANDER

THOMAS ALEXANDER

WILLIAM ALEXANDER

ZACHARIAH ALEXANDER

CHARLES ALEXANDER

GEORGE ALEXANDER

JOHN ALEXANDER

LEONARD ALEXANDER

MICHAEL ALEXANDER

ROBERT ALEXANDER

THOMAS ALEXANDER

WILLIAM ALEXANDER

ZACHARIAH ALEXANDER

CHARLES ALEXANDER

GEORGE ALEXANDER

JOHN ALEXANDER

LEONARD ALEXANDER

MICHAEL ALEXANDER

ROBERT ALEXANDER

THOMAS ALEXANDER

WILLIAM ALEXANDER

ZACHARIAH ALEXANDER

CHARLES ALEXANDER

GEORGE ALEXANDER

JOHN ALEXANDER

LEONARD ALEXANDER

MICHAEL ALEXANDER

ROBERT ALEXANDER

THOMAS ALEXANDER

JOHANNI

JOHANNES GEORGIUS

ELECTOR Brandenb. n. 1525. II. Sept. † 1598. 8. Jan. ux. 1.
SOPHIA, FRIDERICI II. Duc. Lignic. f. 1545. † 1546. 2.
SABINA, GEORGII, March. Brand. Onolsbac. f. 1547. †
1575. 3. ELISABETHA, JOACHIMI ERNESTI, Princ.
Anhalt. f. 1577. † 1607.

1. JOACHIMUS FRIDERICUS
ELECT. n. 1546. 27. Jan. † 1608.
18. Jul. ux. 1. CATHARINA, JO-
HANNIS, March. Küstrin. f. 1570.
† 1602. 2. ELEONORA, ALBER-
TI FRIDERICI, Duc. Prusf. f.
1603. † 1607.

ERDMANN AL- ELISABETHA GEORG. FRI- ANNA MA- A G N E S.
GUSTUS. n. 1615. ELEONORA. n. DERICUS n. & RIA. n. 1609. nu- n. 9. Jul. & †
28. Sept. † 1651. 27. & † 1606. 16. † 1608. I. Mart. pta 1639. JOH. 12. Nov. 1611.
Jan. ux. SOPHIA, Decembr.
Patrui JOACHI-
MI ERNESTI O-
nolsbac. fil. 1641.
28. Nov. † 1646.
23. Nov.

CHRISTIANUS ERNESTUS.
n. 1644. 27. Jul. ux. f. ERD-
MUTH SOPHIA, JOH. GE-
ORG. II. Elect. Saxon. poten-
tissimi f. 1662. 19. Oct. † 1670.
12. Jun. 2. SOPHIA LOUYSE,
EBERHARDI III. Duc. Wür-
tenb. f. 1671. 29. Jan.

2 CHRISTI- 2 ELEONO- 2. CLAUDIA 2. CHAR- 2. GEORG 2. CAROLLUS
ANA ERA MAG- ELEONO- LOTTA Ä- WILHEL LUDOVIC 9.
BERHAR- DALENA RA SOPHIA MILIA n. MUS. n. 1678. n. 1679. II.
DINA n. n. 1673. 14. n. 1675. 24. 1677. 25. Maii. 16. Nov. Nov. † 1680.
1671. 19. Dec. Jan. Jun. † 1676. † 1678. 5. Febr.
nuptia 1693. 1. Febr.
10. Jan. FRIDERICO AUGUSTO potentissimo Elect. Saxon.

3. CHRISTIANUS
BYRUTHI. n. 1581. 30. Jan.
† 1655. 30. Maji. ux. MARIA
ALBERTI FRIDERICI
Duc. Prusf. f. 1604.
† 1649.

3. JOACHIMUS ERNESTUS
ONOLSBACI. n. 1583. II. Jun.
† 1625. 25. Febr. ux. SOPHIA, JOH.
GEORG. Com. Solm. f. 1612. 4. Oct.
† 1651. 6. Maji.

MAGDALENA CHRISTIANUS GEORG. ALBERTUS. FRIDER. WILHELM-
SIBYLLA n. 1612. ERNESTUS. n. 1613. n. 1619. 10. Mart. † 1666. MUS. n. 1. Maji & † 2.
27. Oct. nupta 1638. 25. Nov. † 1614. 25. 16. Sept. ux. 1. MARIA Maji 1620.
JOH. GEORG. II. Jan.
ELISABETHA, PHI-
LIPPI Holsat. Duc. f.
Saxon,

1. CHRISTI- 1. SOPHIA 1. GEOR- 1. ERD- 1. CHRI- 1. CARO- 2. GEOR-
ANUS PHI- AMALIA. GIUS FRI- MANN. STIANUS LUSAU- GIUS AL-
LIPPUS. n. 1655. 10. DERICUS. PHILIPP 9. HENRI- GUSTUS BERTUS
19. Maji † 29. Jun. † 1656. n. 1657. 21. n. 1659. 1. Cus. n. 1661. n. 1663. 18. n. 1666. 27.
Jul. 1653. 10. Febr. Sept. † 1658. Maji † 1678. 19. Jul. Mart. Nov.
4. April. 26. Aug.

GEORG IUS ALBERTUS DOROTHEA FRIDERICUS
FRIDERICUS WOLFGAN- CHARLOTTA EMANUEL n.
CAROLUS n. GUS n. 1689. n. 1691. 4. Mart. 1692. 3. Febr.
1688. 19. Jun. 8. Dec.





Q.K.
394,
26.



D.

IANO

E BRAN-
O SERE-

IO

CIVILI

ult. Philosophicæ

LIPSIENSI

MDCXCIV.

rent

ES

ELLRODIUS,

cus,

ENS

der/Naylå-Variscus

ud.

s TITIL.

24.



G. D. Plethino

